Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



214

tomune quia anno et Compl Quos celesti dŭe alumnos
sanasti aplicis intercessionib: ab omni ad ŭlitate custo
di. Per Idem In die sancto. officium ad missam
Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et
eripuit me de manu herodis et de omni expectatione
plebis iudeorum Ps Domine probasti me et cogno
uisti me tu cognouisti sessionem meam Gloria pri et Oratio
Deus qui hodiernam diem aplor: nostrorum petri
et pauli martirio consecrasti. da ecclie tue cor
in omnib: sequi preceptum p quos religionis suscepit ex
Diebus illis. Misit herodes rex Dat ac aplor ordini 12
manus: ut affligeret quosdam de ecclia. Occidit au
tem iacobum fratrem iohannis gladio. Videns au
tem quia placeret iudeis. apposuit apprehendere et pe
trum. Erant autem dies azimorum. Quem cum app
hendisset misit in carcerem: tradens eum quatuor quater
nionib: militum custodiendum: volens post pas
cha pro ducere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione a ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producere eum esset he
rodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duo
milites vinctus duabus catenis et custodes ante os
tium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini a
stitit et lumen refulsit in habitaculo carceris percussoque latere pe
tri exuscitauit eum dicens. Surge velocit. Et ceciderunt
catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad
eum: Precingere et calcea te caligas tuas. Et fe
cit sic. Et dixit illi. Circumda tibi vestimentum tu
um et sequere me. Et exiens sequebatur eum et nesci
ebat quia verum est quod fiebat per angelum. Esti